



# Katalog der Drucke.

1. Dokument von der königlichen Universität zu Halle in Chr. v. Titem. Hessij.
2. Dokument vom h. Abendmahl Chr. Hessij.
3. Brief von dem College des Sa. Landesfürstes zusammen Theologen von der Universitäts  
der Stadt Christi Item jadis in Hessij
4. Brief von den Namen Amelingis
5. Auffdruck der Disputation, nachdem zu Leipzig wider die Anhaltischen Theologen  
Brief von den namen Amelingis.
6. Antwort auf diese Fingestellte fragen Titel. Hessij et c. Daran die  
Anhaltischen Theologen
7. Extract oder abdruck aus einem Schriftsammlung Dombrief und Warnings d. Hessij
8. Warning und Vermaening der von Zürbst am v. Selneccern
9. Kurzer Christliche Antwort auf die Anhaltischen Theologen Warning und Vermaening
10. Selnecceri Kurzer abdruck Von seinem Antwort Von den alten Theologen
11. Auf die Anhaltischen Theologen wider d. chemnizium und selmer.
12. Briefe v. d. M. V. v. Ameling und sein anhang Unterdie Anhaltischen Landigen
13. Polycorpi hyscer erkenntnung Von 3 frugm, verh. Huber eingerichtet
14. Disputatio de persona Chr. pfaffraet
15. Disputatio 1. de officio propheticus Christi. Berckelmannij
16. Historia passionis et resurrectionis p. f. justinum Grosart
17. Enchiridion Catechismum Lappij
18. De incarnatione Verbi disputatio per Olearium
19. Disputatio 3. de peccato originis. Hoffmannij
20. propositiones de Baptismo Hessij
21. titulus de ecclesia dei Boethij

HISTORIA PASSIO-  
NIS, ATQVE RESVRRECTIONIS  
DOMINI EX VETERI TESTAMENTO  
excerpta

Cui annexus est  
TRACTATVS DE MYSTE-  
RIO CRVCIS

PER  
IVSTVM GROSCVRDT ALFEL-  
DENSEM.



HILDESIAE

Typis exscrispsit Andreas Hantzsch,  
Anno 1609.

**Reverendis, amplissimis,  
magnificis, doctrinâ clarâ, virtute rara &  
minentibus viris ac Dominis.**

**DN. PETRO VVINDRUVIO, Cœnobij  
Riddageshusani præfuli vigilantissimo & dis-  
gnissimo,**

ac

**DN. BASILIO SATLERO. f. Theologiz.  
Doctori celeberrimo, & Brunsvigiaci Ducatus.  
Superintendenti generalissimo.**

**NEC NON**

**Integerrimo, prudentissimo, virtute et doctrinâ  
ornatissimo viro,**

**DN. IOANNI BARNSDORPHIO, poten-  
tissimi Brunsvicensium Principis Archiquæ-  
stori.**

**Mecœnatis suis æternum colendis hasce  
studiorum suorum pri-  
mitias**

**gratitudinis & observantiae ergo  
offert & consecrat.**

**IUSTVS GROSCVRDT, ALFEL-  
densis.**

**Historia**



# Historia Passionis & Re surrectionis Domini ex veteri Testamen- to de prompta.



Ctus Passionis Dominicæ, neq; non resurrecti-  
onis, si non singulos, plerosq; saltem, ex vete-  
ri testamenti libris ipsius Christi passi & rea-  
fuscati divino adjuvante Spiritu, contextu-  
ri, à scribarum de Christo interficiendo con-  
sultationibus haut immēritò D. Mattheo sa-

<sup>cum</sup>  
Matt 26.

<sup>De scribarum  
consultationib.  
Sap. 3.</sup>

cimus initium,

Has vero sicut Salomone descriptas accepimus: Circumveniamus, dixerunt, Iustum, quoniam inutilis est nobis, et contrarium est operibus nostris, & impropereat nobis peccata legis, & diffamat in nos peccata discipline nostræ promittit se scientiam Dei habere & Filium Dei se nominat. Factus est nobis in traductionem cogitationum nostrarum. Gravis est etiam nobis ad videndum, quoniam dissimilis est alijs vita illius, & immutatæ sunt viæ ejus. Tanquam nugaces astimatis sumus ab illo, & abstinet se à vijs nostris tanquam ab immunditijs, & præfert novissima justorum, & gloriatur patrem se habere Deum. Videamus ergo si sermones illius veri sint, & sentimus, quæ ventura sunt illi, & sciemos, quæ erunt novissima illius. Contumilia, & tormento interrogemus eum. Mors turpissimâ condemnemus eum. Vter jam horum Matthei an Salomon illas descripsit plenius? Verum & de Caiphæ judicio audiamus differentem Prophetam: In die illa, inquit, erit Dominus exercituum spiritus judicij sedenti super tribunal. Verum hi quoq; nesciunt, & præebrietate (præmentu coecitate putat) erraverunt. Sacerdos & Propheta nesciunt, præebrietate, nesciunt videntem, ignoraverunt judicium. Cœræ institutio nem quod attinet, & illam nobis hu verbi predictam legitimè apud Salomonem: Sapientia immolavit victimas suas. Misericordia & properbo.

Esa. 28.

Se cor ad ins. f.  
properbo.

propositus

A 2

- proposituit mensam suam. Et insipientibus (qui enim mysterium hoc intelligit?) locuta est: Venite, comedite panem meum, & bibite vinum, quod miscui vobis. Eandem typus Christi Melchisedech, proferens panem & vinum nobis adumbravit. Et quidem panem hunc Christum ipsum futurum vaticinatur psalmista, dum inquit. Et erit (Messias scilicet) placenta vel frustum frumenti (ut invenit R. Salomo), vel panū (uti R. Kimhi) in terra etc. Quod vero cœna hæc & memoriale Domini esse debebat testatum reliquit alia scriptura: Vivent tritico, & germinabunt, quasi vinea : memoriale ejus sicut vinum Libani.
- Gen. 14.** **Ps. 71.** **Ose. 14.** **v. 8.** **De Canticis suis predictis** **Cant. 5.** **Ac Prodigatore** **Ps. 40.** **Ps. 31.** **Amos 2.** **Zach. 11.** **2. Reg. 15.** **Fransilius for-  
rentis radm.** **Cant. 6.** **Intritus in hu-  
rash.** **C. 8.** **Aqua in horto** **Ps. 87.** **Thren. 3.** **v. 29.**
- Nec pedum Apostolorum lotionem post cœnam factam ignoramus nobis. esse voluit Salomon, sic in Cantico suo canens: Expoliavi metunicā, quomodo induar illa plavi pedes meos (nam & Apostolorum, uti Christi membrorum pedes Iesus erant) quomodo inquinabo illos. Si & vaticinium de proditore Domini audire cupis, adverte, quid Psalmus dicit: Qui manducat panes meos, ampliavit adversum me supplantationem. Et alibi: Anicimi & proximi mei adversum me appropinquit. quaverunt & stererunt. Audi & de venditione Prophetam: Super tribus sceleribus & super quatuor non convertam eum, pro eo; quod vendiderit pro argento justum. Neque non de emtionis precio: Et dixi, inquit, ad eos: si bonum est in conspectu vestro, date mercedem meam & abite. Et appenderunt mercedem triginta argenteos. Quis etiam Davidem torrentem Cedron transeuntem typum Christi eundem transeuntis gesuisse non videt? Nec hortum introeuntem Dominum Canticum cant: nobis depinxisse inficiabitur; qui legerit: Descendi in hortum nuncum. Nescivi. (vox animæ in extremo angustijs positæ) anima mea conturbavit me propter quadrigas Aminadab hoc est, populi mei spontanei, discipulorum, puta. Vbi nec paulo post annexam in hortum descensus causam quis prætereat velim. Sic enim ibi: Sub arbore, malo, suscitavite: ibi corrupta est mater tua, ibi violata est genitrix tua. Extremum quoque animi Domini in horto angorem quis non intelligit his psalmographiverbis indicari: Repleta est malis anima mea, & vita mea inferno appropinquavit. Et cum legimus: ponet in pulvere os suum, si forte sit spes, nonne qui Dominus in faciem suam.

am procerit, oraveritq; denotari videmus. Et cum: Manus mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eum, nonne qui Angelus (siquidem Angeli brachium Domini, imò virtutes dicuntur) de caelo illum corroboravit? Et cum iterum: Dominus sicut fortis egreditur, sicut vir prælator suscitabit zelum, vociferabitur & clamabit, super inimicos suos confortabitur. Et alibi. Et concidam à facie ipsius inimicos eius, & odientes eum in fugam convertam: nonne qui Dominus hostibus obviam prodiens, alloquio suo illos in fugam conversos humi prostraverit? Et cum rursum: Molliti sunt sermones eius super oleum, & ipsi sunt jacula, nonne qui per molle illud osculi blandimentum execrabile proditoris jaculum Domino Iudas insixerit, significari animadvertisimus? Et quidem, Christum quoq; capiendum ac vincendum fuisse, ex hisce constat vaticinij: Venatione ceperunt me, quasi avem inimici mei gratis. Absconderunt mihi interitum laquei sui. Item: Insidiatur (Iudas cum cohorte) in abscondito quasi leo in spelunca. Insidiatur ut rapiat pauperem (Christum). In laqueo suo humiliabit eum. Sed nec timor & fuga Apostolorum primæ vos latuit yates: percusso enim pastore, inquit ille, dispergentur oves gregis. Et aliis: Factus sum vicinus & notus meu ingens pavor. Imò ne illud quidem, quod adolescentulus ille syndone sua spoliandus erat: Invenerunt me (queritur sponsa mystica in persona adolescentis) custodes, qui circuierunt civitatem, tulerunt pallium meum mihi custodes mutorum.

Hæc verò omnia, proscenij quasi loco allata, quamvis sint satis manifestè à Prophetis prædicta: si tamen ad reliqua, tanquam ad scenam ipsam, mecum perrexis illa si non manifestius, certè non minus manifestè ab ijsdem annotata cognoscet. Verum quæso adverte: Ipse Dominus, inquit ille, cum senioribus & principibus populi in judicium veniet: quid de Christo à principibus populi in judicium vocato manifestius? Et qui juxta me erant, inquit aliis, de longè steterunt. Et vim faciebant, qui quærebant animam meam. Et qui inquirebant mala mihi locuti sunt vanitates, & dolos tota die meditabantur. Ego autem tanquam surdus non audiebam, & sicut mutus non aperiens

Ps. 88v22

Esa. 42.  
v. 13.

ps. 88v. 24  
O Iude Iude

ps. 54.

Cœrus capiz.  
Thren. 3.

ps 34.v7.

ps. 9. pro  
occultu in  
finem.

Zach. 13v7

ps. 130. v12

cant. 5.

Cœrus ut se gibbere  
enon factu hypnorio.

Esa. 3. sic

explicat

Cyprianus  
in expos.  
symboli.

Ps. 37.

os suum. Et factus sum sicuti homo non audiens, & non habens in ore suo redargitiones. Quid jam de Petro longe intervallo sequente Dominum potuisse proferri clarum? quid de servo pontificu Domino immrito colaphum infringente expressius? quid de falsis testibus adversus Dominum conductus dilucidius? quid de Christi silentio planius?

*frigas.*

*Zach. 14.*

Quid? quod et frigus prænunciant, ob cujus inclemenciam Petrus cum servis ad ignem stans se calefaciebat. Sic enim ille: In die illo non erit lux, sed frigus & gelu erit uno die. Servorum quoq; immanitatem in Dominum adeò luçulenter describunt ut nihil suprà. Sic n. ille. Dabit percutienti se maxillam, saturabitur opprobrijs. Et alius: Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus, faciem meam non averti ab increpantibus, & conspuentibus in me. Imò etiam ipsum tempus matutinum nempe, secundi pontificum conventus, accurrate annotarunt, ut ex sequenti patet dicto. Vœ qui cogitatis inutile, & operamini malum in cubilibus vestris, in luce matutina faciunt illud, quia contra Dominum est manus illorum. Nec de Christi vinceti ad prætorium, id est, ad ædes Pilati deductione omnino tacuere, quod ex hoc palam est oraculo: Alligantes adduxerunt eum ad xenium Regis Iarim: hoc est, silvestris. Oleaster enim, sive gentilis, erat Pilatus: Sicut nec de predicionis precio à Iuda in templum projecto, ita en. ille Tuli argenteos triginta, & proieci illos in domum Domini, ad statuarium, à quo scilicet emerunt Hakeldama. Cæterum & in Psalmo.

*Christus ad Pilatum  
ponitum Pilat.  
de ductis.*

*Prodictionis pre-  
dictio in  
Zach. 11v13*

*Ps. 26.*

*Ps. 22.*

*Christus ad Herodem.*

*Ose. 7.*

*Ps. 30.*

*In 13v. zefra.*

*Esa. 5.*

graphi persona expressè alicubi conqueritur Dominus in se coram praefide testes iniquos insurrecturos, mentitur amq; sibi iniquitatem, & ut alibi, canes multos se circumdaturos, consiliumq; malignantium se obseffurum. Quemadmodum & de illo, quod ad Herodem se essent adducturi, cum apud alium inquit: Cum sanare vellent Israel, in malitia sua lætificaverunt Regem & in mendacij suis principes. Et iterum apud Psalmographum de eodem: Audivi vituperationem multorum commorantium in circuitu, hoc est aulicorum. In eodem convenirent simul, adversum me, accipere animam meam, conciliati sunt, Herodes scilicet & Pilatus. Barnabam quoq; hominem sceleratussum Christo prælatum iri, tantum absuit, ut reticeret, Esaias ut e-

stiam

tiam ut propterea Iudeus interminatus sit quando inquit: Vt qui iustificatis impium promuneribus, & iustitiam iusti auferis ab eo, sed & de flagellatione, que concinuo hoc subsecuta est, haec extant voces propheticae: Adversum me letati sunt, & convenerunt, congregata sunt super me flagella. Supra dorsum meum araverunt ares, & prolongaverunt sulcum suum. Coccineam etiam vestem quod attinet, qua Dominus induitus est, per Prophetam quis negat designat? cum queritur: Quis est iste qui venit de Edom rubor vestimentorum ex Basor. Quare rubicunda sunt vestimentata? & indumentum tuum tanquam atorculari calcator? Nec de arundine, qua percusserunt caput Domini deest predictio: Virgines percutientes maxillam Iudicis Israel: Vt nec de coronâ spinea: Exire n. & videre iubet illas filias Hierusalem coronam, qua coronavit eum mater. Et de eadem aliis: Expectavi ut faceret uvam (vinea Domini) fecit autem spinas, & non iustitiam, sed clamorem. De quo clamore etiam hoc testatur vaticinium Facta est hereditas mea mihi sicut Leo in silva, dedit super me vocem suam, propterea exosus sum eam. Neq; non illud: Aperuerunt super me os suum sicut Leo rapiens & rugiens. Hic verè clamor fuit illud Crucifige Crucifige. Pilati quoq; illud, Ecce hominem, nonne satis exprimit hoc oraculum? Non est species ei neq; decor, & vidimus eum, & non erat aspectus, ut desideraremuseum. Despectus fuit & rejectus inter viros, & quasi absconditus faciem ab eo. Unde nec reputavimus eum. At quomodo non reputarunt? Dicunt, inquit vates: Non est Rex nobis, non n. timemus Dominum, & Rex quid faciet nobis, ejusmodi scilicet. Loquimini verba visionis inutilius, & scieris fædus cum mendacio. Et germinabit quasi amaritudo iudicium super sulcos agri. Quænam verò hæc amaritudo iudicij? Hæc nimis, de qua prædictum erat: Morte turpissimâ condemnemus eum. Qua verò? Ego sicut agnus, sine malitia productus sum ad victimam. In me cogitaverunt cogitatum dicentes: Venite mittamus lignum in panem ejus, & eradamus à terra vitam ejus, & non erit in memoria nomen ejus amplius. Lignum itaq; necandus erat. Sed qui ligno? Et evirga tua pendens ante oculos tuos. Quomodo verò pendens? Non

Snepf. in

Esa. huc

de flagellis.

Ps. 340

Ps. 128.

Coccinea vestis.

Esa. 63.

Et Arundine.

Micb. 5.

Corona spina.

Esa. 5.

Ier. 12.

Ps. 22.

Esa. 53.

Eccl. Ioo.

Ose. 10.

Sap. 2.

Ier. 11.

Corvus et rana.

Deu. 28.

Num. 23.

quasi

quasi homo suspenditur, neq; quasi filius hominū patitur. Qui itaq;<sup>9</sup>  
Esa. 65. Expandi manus meas tota die ad plebem contradicentem. Et fode-  
Ps. 22. runt manus meas & pedes meos, dinumeraverunt omnia ossa mea.  
Ps. 119. Et eadem scriptura: Confige clavis de metu tuo carnes meas. Nonne  
Ion. 1. nautarum metuentium & tamen Ionam in mare præcipitem danti-  
Hieron. um oratio, Domine ne des super nos sanguinem innocentem, designat  
Pilati confessionem? Qui primo quidem metuebat Dominum tradere  
Rilat, comp. iv. tradens tamen postea lavat manus, & dicit: Mundus ego sum à san-  
part 2.c- guine Iusti hujus. Dominum quoq; crucem suam portaturum nonne  
pist. ep. ex hoc liquet? Principatus ejus super humerum ejus. Nonne planctus  
Forus muri 139.. ille ad deductionem Christi extra portam factus aperte memoratur  
portans. Esa. 9. in hisce? In die illa erit magnus planctus in Hierusalem. In omnibus  
Plaudus na- zack. 12. plateis planctus, & in cunctis, quæ foris sunt dicerur: Væ, Væ, quia  
ligerum. Amos. 5. pertransibo in medio tui dicit Dominus. Adde hic, & quomodo Domi-  
nus plangentes allocutus fuerit mulieres: Mulieres, inquit, tutò se-  
dentes surgite, & audite vocem meam, filiae confidentes percipite elo-  
Esa. 32. quium meum. Exuite vos, & confundemini, accingite lumbos ve-  
stros sacco, super ubera plangite, super regions desiderabili. Quid  
Ius extra portum verò, jam de illis, quæ extra portam accidere? Vocabunt agricolam  
Amos 5. (simonem puta Cyrenaum) ad luctum. Cum sceleratus, duobus scili-  
cet latronibus, reputatus est Dominus, & pro transgressoribus, cru-  
cifigentibus nimirum, rogavit. Diviserunt, milites, sibi vestimenta  
Esa. 53. mea, & super vestem meam miserunt sortem. Omnes videntes me  
deriserunt me, locuti sunt labijs, & moverunt caput. Gloriatur pa-  
Psal. 22. trem se habere Deum. Videamus ergo si sermones illius veri sunt. Si  
Sap. 2. enim est verus filius Dei suscipiet illum, & liberabit illum de mani-  
bus convariorum. Dederunt in escam meam fel, & in siti mea por-  
verunt me accio. Ex vineis Sodomorum viri eorum: & palmes eo-  
Psf. 68. rum Gomorrah uva eorum uva fellis, botrus amaritudinis ipsis. Fel  
Deu. 32. Draconum virum eorum. Populus stultus & non sapiens haec Domino  
Deu. 32. retribuisti? Anne verò hisce prædicti omnino non respondit eventus?  
Psf. 26. Neg; illa Domini apud Psalmistam oratio quid voluerit, cuiquam po-  
v. 9. test esse obscurum. Ne perdas cum impijs animam meam & cum viris  
sanguinum

Sanguinum vitam meam. In quorum manibus iniquitates sunt. Dex-  
tera eorum repleta est muneribus; Similiter & illud Ecclesiostus: Cor Eccl: 10.  
sapientis in dextra, & cor stulti in sinistra ejus: cum id experientia in  
duobus latronibus comprobarit. Præterea mine vero hic querelam Do-  
mini, qua se a patre derelictum conqueritur? Nonne de verbo ad ver- Ps. 22.  
bum illam apud patrem invenis? Anne & tenebras ab hora sexta usque  
ad nonam factas? De quibus sic propheta: Et erit in die illa non erit  
lux. Et erit dies una quæ nota est Domino, non dies negat lux, & in  
tempore vesperi erit lux. Et alius. Et erit in die illa, dicit Dominus, zach: 14.  
occidet sol in meridie, & tenebrescere faciam terram in die luminis Amos. 8.  
Et convertam festivitates vestras in luctum, & omnia cantica vestra  
in planctum, & ponam eam quasi luctum unigeniti & novissima ejus  
qui si diem amarum. Quis hic non Eclipsin? quis non & luctum inde Ps. 95. ps. 2  
exoriturum praesignificari per sentiuit? sed & de titulo cruci a Pilato  
affixo Propheticas lubet hoc ascribere voces: Dominus regnavit de lig de mont.  
no. Item: Constitutus sum Rex super sion montem sanctum. (Intelli- sionis fina  
gs lignum crucis cum D. Cypriano) Quemadmodum & illud de cla-  
more Domini, quando spiritum Patri tradidit, vaticinium: Iehovah Ioe. 3. vi. 6  
de Sion rugiet & de Hierusalem dabit vocem suam, ita ut Contre-  
munt cœli & terra. De quo item alius: Conturbata sunt gentes, Ps. 45.  
& inclinata sunt regna, dedit vocem suam, meta est terra. Et ie- Amos 8.  
rum aliis. Nunquid super isto non commovebuntur terra, & lugebit part. 2 ep.  
omnis habitator ejus. Vix & de colapsu templi superliminari (nam & ep. 78.  
hoc in Evangelio hebraicu conscripto literu memoria proditum ab Hi-  
eronymo accepimus) ex Propheta audire testimonium? Stridebunt car-  
dines templi in die illa dicit Dominus. Num etiam de non frangendis Amos 8.  
ossibus Domini? Os non comminuetis ei, inquit ille. Drusus perforando Exod. 12.  
latere Christi? Videbunt in quem pupugerunt, vaticinatus est ille. Au Num. 9.  
di & de sepultura Domini jam Propheticas predictiones. Veni in hor. zech. 12.  
cum meum, messui myrram meam cum aromatibus. Et iterum: La- Cant. 5.  
psa est in lacum vita mea & posuerunt super me lapidem. Et rursum: Thren. 3.  
Dedit apud impios sepulchrum ejus, & cum divite in mortibus ejus. Et Esa. 53.  
demum: Ecce lectulum Salomonus, (nam & hoc nomine Christus in- Cant. 3.  
digatur)

Esa. 9. digeratur sexaginta fortis ambiunt ex fortissimis Israel, omneste-  
nentes gladios, & ad bella doctissimi. En habes hic locum sepulturæ,  
prope Calvariam, sepulturam sceleratorum, in sepulchro divitie Iosephi,  
in horto, habes & myrrham & aromata, quibus delibutum fuit  
corpus Domini, habes & saxum ostio sepulchri applicatum, & de-  
mum etiam exhibitam militum custodiam. En & de sollicitudine mu-  
lierum de loco sepulchri Christi accipe vaticinium: Indica mihi, in-  
quie sponsa mystica illarum nomine, quem diligit anima mea, ubi pas-  
cas, ubi cubes in meridie, ne vagari incipiam post greges sodalium  
tuorum.

Cant. 1.

Verum de ihs. que passionem Domini spectant, rancum: Nunc  
& de ihs. que resurrectionem.

Primò autem sese à mortuis resurrectum Dominus ipse præci-  
nit apud psalmistam: Non derelinques animam meam apud inferos,  
neq; dabu sanctum tuum videre interitum. Et apud eundem: Ego  
dormivi & somnum cepi, & resurrexi, quoniam Dominus suscepit  
me. Et iterum: Quoniam conversus vivificasti me: & de abyssis terre  
iterum reduxisti me. Quā vero die designatum est, quando scriptum  
legimus: Vivificabit nos post biduum, in die autem tertia resurgentis  
Præfiguratum verò, quando Deus die tertia primum in montem Sina  
Exod. 19. descendit, & Isaac ad immolandum ternario dierum numero ducitur  
Gen. 22. Ionas q; à belua marina certa die expiuit. Et quidem diluculo hoc  
futurum, secundum illud: Quasi diluculum præparatus est gr ssus e-  
Ose. 6. jus. Item: Exurge gloria mea, exurgam diluculo. (sic enim de se re-  
ps. 56. spondit Domini caro, ut impletetur vigissimi secundi psalmi titulus, pro-  
Huc part assūtione matutina.) Deinde quod & terra motum concernit, cum  
2. ep. ep quo Dominus resurrexit, prædixit illum David hu verbis. Terra tre-  
89. mut & quievit, dum resurgeret in judicio Dominus. Similiter &  
Ps. 75. tremorem fugamq; custodum sepulcri, cum quasi-imprecandi animo  
inquit: Exurgat Deus & dissipentur inimici ejus, & fugiant, qui o-  
derunt eum, à facie ejus. Pecunie quoq; ipsis à Pontificibus numeratæ  
Amos. 5. 8cm: Hostes Iusti accipientes munus ad pauperes, (Christi affectus)  
deprimendos.

deprimendos in porta. Mulierum etiam cum apparatu aromatico ad  
Sepulchrum iter annetatum legimus hunc verbu: Quae est ista, quae Cant. 3.  
ascendit per desertum, sicut virgula fumi ex aromatibus myrrae, ihu  
rus & universi pulveru pigmentarij. Sicuti illud, quod Cant. 3.  
repererint vacuum, sic n. ibidem: In lectulo meo per noctem quasivi,  
quam diligit anima mea, quasivi illum, & non inveni. ubi statim  
quogz de illis, quae invenerunt Dominum, subjurgitur: Inveni quem  
diligit anima mea, tenui eum, nec dimittam. uti & alibi de Domino  
Marie Magdalene occurrenti: Occuristi laetanti & facienti, quod Ez. 64.  
rectum est. Et iterum alibi de mulieribus Christum se vidisse annun- Eza. 27.  
ciantibus: Mulieres quae venitis ab spectaculo, venite, non n. est popu-  
lus habens intellectum. De duobus quoqz discipulis Erubunt a profi-  
ciscientibus haec reliquere prædicta Prophetæ: In viu tuis recordabun-  
tur tui: Spiritus oris nostri, Christus Dominus, comprehensus est in cor-  
ruptionibus nostris. In quo diximus, sub umbrarjus vivemus in gen-  
tibus. Item: Anima mea liquefacta est, ut dilectus locutus est. Quae  
sivi & non inveni illum, vocavi & non respondit mihi. Quid hic ali-  
ud audis, quam colloquium illorum de Christo in itenere habitum?  
quid aliud, quam sermones illorum, post disparitionem Domini. sed  
quorsum opus pluribus? Plenæ sunt horum sacramentorum scripturæ  
secundu Testamenti. Nullus super his Propheta, non Legulator, aut  
psalmographus siluit, sed omnis penè sacra de his loquitur pagina,  
quorsum tanquam ad limpidissimes fontes remitto, qui abundantius  
potare cupiunt. Coronidu loco adhuc saltem addo Salomonis vaticini- Cant. 3.  
um, de eo, quod cum suis discipulis Dominus post resurrectionem com-  
mesturus & bibitur erat, quod hoc est: Comedifavum meum cum  
melle meo, & bibi vinum meum cum lacte meo: Comedit amici mei  
& bibite, & inebriamini i charissimi. Quorsum & illud Davidus vide-  
tur spectare, cum post quam custodibus sepulchri male precatus fuerat. Ps. 67.  
adxit: Iusti vero epulabuntur, & exultabunt in conspectu Dei, & la-  
tabuntur inlætitia, Id quod ut & nobis in illo beatarum animarum  
concilio contingat, faxit, qui passus est propter peccata nostra, &  
resuscitatus propter nostram Iustitiam. Amen.

sc̄vgo mūc̄ p̄ior

a.  
Sap. 11.

b  
pic. Mir.  
in Apol. de  
Mag. nat.  
& cab.

c  
Psal. 103.

d  
Hier. lib. 2.  
ep ep 134.

e  
Job. 38.

f  
Hier. in  
marcel. 11

g  
Minut 19.  
in Dial. 8.

h  
Just. apol. 2  
i.  
max tau-  
rinensis de  
cru. Dom.  
bomil. 2.



Iguras equidem Geometricas suis non defraudabit mysterijs, qui quod oculus conspicitur universum hoc, certo ordine, hoc est (a) mensura, numero et pondere, à prima illa illius causa architectrice, Deo, compostum noverit nisi forsitan id fortuitò sic factum, quemadmodum quis manibus ludendo, vel figuram in charta pergit, vel cœræ formam in primit, delitaverit: Quanta tamen ne in Etihiacos quidem cecidit dementia, qui divinae non modo figuræ agnoverunt, unde hieroglyphica apud Ægyptios disciplina, sed & nescio quan ijsdem attribuerint, ut vel Pythagoricum illud saltē axioma (b) satu est indicio: Mathematica sicut sunt formaliora Physicæ, ita & actualiora, & sicut in suo esse minus dependent ita etiam in suo operari: In hominem itaq. Christianum, quem in sapientia c hanc mundi fabricam extructam sacra docuere paginae, tanta qui caderet? Quod si tamen sit, qui non omnem ausit affirmare figuram esse mysticam, crucis ras men qui neget, erit nemo. Perlustremus enim omnia hac rerum universitate contenta, certè quoquo nos convertemus, hujus figuram comprehendemus.

Actolle oculos, & d' ayes ad aëra volantes formam crucis assū mere conspicies. Observa & stellarum, vinculus quasi in vicem colligatarum, e ordinem, quoties hic signi hujus figura? Converte te ad aquarum fluentia, quid hic pinnis pisces, brachii f homines extensis natantes, quid naves g cum velutumentibus vehuntur, cum ex parsis palz mulis labuntur, cum juga eriguntur; aliud, quam meras crucis figuræ designant, iam in agrum excurre, & illuc non fossorum h saltem sed & agricultarum i quædam instrumenta cruci signum imitari animadvertes. Quod si & Mechanicorum officinae visitare lubuerit, videbi inibi neminem non operariorum opus suum absolvere, nisi per ejusdem, id est, cruci formæ instrumenta.

Nonne & milites gladiis, arcubusq; eadem figura formati utuntur? Natura verò ipsa, ne & in hac parte suis nos destillat documentis adeo,

ris; adeò sedulus se nobis in hac figura adumbranda exhibet Geometram, ut fermè nullum fruticem, non arborem, ut de herbus taceam videam, quæ ramulorum suorum diffusione crucem, non immissam quidem quam vocare sed illam, quam littera græca ꝑ refert, non prafiguret. Sed quid ad alia te remitto, tuam ipsius intuere figuram, nam & hæc, si manus expanderis, crucem tibi depinget. Nimirum sic vel manibus palpas, nil ferè tam exiguum esse, quod hoc signum non representet, nil tam excelsum, quod ad erudiendum te in hujus cognitione non descendat. Ecquis jam nostrum adeò bardus sit, id non sine gravissima fieri causa utne videat?

Ægypti ksanè atq; Arabes hæc animo secum, pro sua in figuris Corn: A hieroglyphicus observandis singulari industria, exactius trutinantes, qrip. secun figuram crucis in primis quadrangulariam, non modo summam habere dum illo-potentiam confirmabant, sed & omnium cœlestium virium atq; intel- rum sen- ligentiarum firmissimum esse receptaculum, quod ipsa sit figura omni tentiam um rectissima, continens quatuor angulos rectos, si q; prima superfici- lib. 2. de ei descriptio, habens longitudinem & latitudinem, dicebant q; eam oc. phil. cœlestium fortitudine conspiratam, quia eorum fortitudo per rectitu- c. 23. dinem angularum atq; radiorum resultet, sint q; stellæ tum maxime l. patentes, quando in figura cœli quatuor obtineant cardines, atq; ra- Ruff. lib. diorum suorum in se invicem projectione crucem constituant. Unde it 2. c. 29. inter literas nroet inq; illam referre haud dubitabant, Serapidisq; nu- m. minis sui pectori tangam divinisimum signaculum inprimere m. Agrip. 6. Sed quod & stuporem ferè intererit vitam futuram illam interpreta- supra no- bantur n.

O Ethniconum nunquam satis commendandam industriam! O n. nostram vero nunquam satis reprehendendam ignaviam! At malum, Sozomenus inquis, illos hoc edocuit genus. Hoc vero qui dixeris, quomodo Coram lib. 7. EC- D. Ignatio te purges, vide, sic scribente: o Latuit principem hujus cl. hist. c. 15 seculi virginitas Mariæ, & partus ejus similiter, & mors Domini: o Tria mysteria clamavi in silentio. Valebit itaq; hic vulgaris ille versus in ep. ad Quodq; parum novit nemo docere potest. Verum à Patriarcha Iaco- Ephes. bo illos hoc hausisse magis ad rem forsitan dixeris, qui p duobus suis ne- P potibus Gen. 48.

potibus impositis & intermutatis benedixit manibus, & quidem ita transversim inter se obliquatu, ut cruci Christi abstrusissimum præfigurarent sacramentum. Aut etiam inde, quod cognorint Mōsen q extensione manuum suarum, & sic quasi crucem formando, tonitruum inhibuisse tempestatem. Vtraqꝫ conjectura tam merè est Typica quam exempla utraqꝫ merè sunt mystica.

Sum serint vero vel hinc, vel aliende hanc suam Egypti sententiam, quid id adeò ad nos? Emulemur potius, quisqꝫ pro virili, illorum in indagandu quadragoni, sive signi crucis mysterijs diligentiam. Me hac in re quid attinet, tale vobis de ijsdem exhibeo tyrocinium.

Ante creationem omnium sola illa supercoelestis Trias, nulli vel Angelorum, vel hominum comprehensibilis, in Monade consistens indissolubili erat, quæ cum de omnipotente potentia ad energiæ actum progressi vellet, non quod alterius esset indigæ, cum sufficientissima esse omnium, maximeqꝫ seipsa contenta(r.) sed ut immensam suam bonitatem, ut pote quæ sui communicativa erat, communicaret cum alijs, de suprabundanti majestatis sue fœcunditate producebat, multiplicando duo per duo, τετραγωνū, non quidem Idem illam Pythagoricam, quam s alij Iovem, alij formam, alij intellectum primum, sive animam mundi nuncuparunt, sed primam illam rerum omnium materiam; cui quam convenientissime competat. Tergaç, facile perspiciet, qui consideraverit quaternarium primum esse compositum numerum, scilicet ex bi duobus, ideoqꝫ non nisi rebus materiali competere. Neqꝫ enim binarium, cum ex unitate duabus constet, neqꝫ ternarium, cum ex unitate & duobus, compositum numerum quis dixerit, cum unitas positionem nullam, ideoqꝫ nec compositionem, faciat t.

Primam vero hanc omnium rerum materiam, quam τετραγωνū diximus, Monas (ut Macrobius verbu utar) initium fini qꝫ omnium, neqꝫ tamen ipsa principiū aut finis sciens, hoc est, Deitas ipsa, ut que μέλισσα πάτερ θρησκευού καί γεωμετρεῖ secundum Platonem novit, quam aptissime disponens, primo in universum om-

mem

q.  
Exod. 9.

7.  
Plotinus  
En. 6. lib.  
9. c. 6.

8.  
vide Reue-  
ctblinum  
de arte  
Cabali.

8.  
Simplicius  
in. com  
ment.

sup. præd.

Quanti

u.


lib. 1. c. 6.  
in. soncip.

mem sphaera complexa est, quam non abs re Olympum, vel etiam æthera prisci illi poetæ appellatæ sunt, alij cœlum Empyreum, alij & li-  
neam viridem: totum verò hoc complexum cum complectente Ma- pic. mir. in  
crocosmum dixerunt. Hunc postea Macrocosmum iterum sphæricè non genitio  
distribuit, in mundum intellectualis sive Angelicum, ubi novem illi suis cō. lass  
Angelorum chori in tres hierarchias divisæ, quem Scriptura **YHVH** y  
**Z** cu[m articulo] semper nominat, in[m]o & terium cœlum alicubi: vide Dio-  
aa deinde in caelestem, ubi stellæ fixæ & erraticæ, quem expansio- nys. de cœ  
nem vocat **bb** vel etiam **YHVH**: & demum in elementarem, ubi i- lest. huc.  
gnus, aër aqua & terra. Adderem hic quædam de Trigono, quem hoc z psalmi.  
in loco spagirica disciplina in circulo depictum nobis proponit (ut in fi- v. 4. & 19.  
gura patet) ad demonstrandum, qui Deus sit cc **A** & **ω**. id est tri- v. 1. & a. c.  
gonus in circulo sive Monas in Triade, (lineolâ enim curvâ è medio **A** 14. v. 13.  
sublatâ, rectificatâq[ue] clade illud, & quoq[ue] divisum conjunge iterum, aa  
& perfectum circulum cum trigono habebu) n[on] ne in immensum no- 2 Cor. 12  
ster hic cresceret tractatus veterer. Dñiq[ue] ut in proposito pergamini, v. 2.  
quidam sphæricè & tamen tripliciter, uti dictum, disposuerat Deus bb  
eiam quatuor distinxit partibus, Oriente nempe, Meridie, Occiden- Gen. 1. v. 8.  
te & septentrione, quæ ductâ lineâ ab Oriente in Occidentem, & i- 16  
terum aliâ à Meridie in Septentrionem dans quadratum aquilate- Apoc. 1.  
rum, hoc est, signum crucis. Vnde Poëta: dd.  
sed. lib. 2.

N[on] ve quis ignoret speciem crucis esse colendam  
Quæ Dominum portavit ovans, ratione potenti  
Quatuor inde plagas quadrati colligit orbus. G.c.

Et sic convenientissimam Macrocosmi Deosu[m] Tœchis paucis de-  
scriptam habes, que quam mystica sit antequam indagemus, eandem  
& in Macrocosmo observatam videre erit. operæ precium. Micro-  
cosmi itaq[ue], h[ic] c[on]st[it]utus, sic dicti, quod, ut ee Arabi il-  
luc verbū utar, si universi epitome, & quasi abbreviata ta-  
bella, unde & **πατος** n[on]tios in scriptura ff appellatur non  
meritis,

ee  
Algazel.  
ff  
Marc. 16.  
v. 25 Col.  
1. v. 23.



De qua petr. Gal-  
finius de arcans  
cath. verit. lib.  
2. c. 10.

non minus, quam Macrocosmi figuram tornatilē esse, & à rotundi-  
tate provenientem ad ipsam tendere, digno scimus ex centri in ambi-  
lico à natura nobis depicti evidentia. Quamvis idem & Job gg alte-  
gg  
Iob. 19 y8. stetur, dum inquit Manus tuæ plasmaverunt me, & fecerunt me tor-  
tū in circuitu. Dsinde quod & triplicatatem illam concernit, eandem  
in homine non modo virtute & actione sed & membris, partibus &  
locis humani corporis prorsus distinctam, universaq; illius triplicitati  
correspondentem deprehendimus. Caput enim hominis quæ suprema  
ipsius pars existit, est mundi spiritualis imago. Novem enim Angelos  
vide Areo rum in illis ordinibus, qui sunt hh. Seraphim, Cherubim, Throni, Domi-  
nationes, Potestates, virtutes, principatus, Archangeli, Angeli, no-  
de hier. vem hi sensu in capite cum extimi, tum intimi, Memoria nimirum  
cœlesti. cogitativa, Imaginativa, sensus communis, Auditu, visus odoratus  
gustus, tactus ordine correspondent. Illa verè hominis portio, quæ à  
capite incipiens ad septum illud, quod diaphragma appellamus, usq;  
pertingit, cœlestis mundi vices gerit. Cor enim primo uti, vocant, mu-  
bili, & Cœlostellato, per simile est. Quemadmodum enim illud suo re-  
gulari & circulari motu reliquas, quas ambit sphæras similiter move-  
ri facit, sic non secus cor sua continua atq; æquali motione reliquis  
corporis partibus vitam & motionem ministrat. In hoc quoq; uti, in-  
numerabiles illæ stellæ fixæ, sic in corde non secus omnes spiritus, om-  
nesq; humane resident vires. Sydereò orbi & primo mobili septem er-  
ratici planetæ statim succedunt, ea ratione ita vocati: quia in motu  
errare videntur, cum modo rectè incedere modo recurrere, alias tar-  
dè moveri existimantur: omnes tamen primum mobile consequuntur.  
Similiter quoq; pulmones sunt cordis velut satellites quidam atq; mi-  
nistri, & frequenti assidueq; ipsorum motione ejus commodius inservi-  
unt: qui quidem cum velut spongiae quadam nostri corporis existant  
quandoq; dilatantur, & quandoq; contrahuntur: modò festinâ modo  
tardâ utentes respiratione, nimirum hacten errantium syderum  
inæquabilem motum imitantur. Et quemadmodum 7 Planetarum  
principi universitatis curæ præpositi, duo clarissima luminaria, di-  
cuntur, Sol & Luna: & in sublimiori regione tres Planetæ una cum  
Sole,

Sole, super eum tamen collocantur, Mars, Iupiter atq; Saturnus, in  
inferiori autem simul cum Luna, super ipsam quidem, reliqui duo  
stacuantur Venus ac Mercurius. ita dexter ac Principalis pulmo So-  
lem representat, & ideo in tres particulas distinguitur, que ab ea,  
ut partes, à toto continentur. Sinister autem Lunam referens, ut  
quoddam totum in duas dividitur Portiones: que quidem omnia simul  
collecta sephenarium numerum absolvunt. Et hinc similitudinem inter  
caelestem mundum, & humani corporū secundam, sedem, sat conve-  
nientem quis non dignoscit? Ultimæ quoq; hominū partis à diaphra-  
gmate usq; ad crura cum mundo elementari convenientia est mani-  
festissima. Sicut enim in eo ex prima materia quatuor generantur  
elementa, ignis, aëris, aqua & terra: ita in hac infima parte ex cibo,  
qui omnium quatuor humorum materia prima vocari potest, ipsi qua-  
tuor gignuntur humores, bilis calida secca atq; subtilis igni persimilis  
sanguis calidus, humidus ac optimè temperatus cum aere conveniens:  
pituita frigida & humida aquam representans: melancholicus hu-  
mor frigidus & siccus terræ respondens. Et sicut ex quatuor ele-  
mentis animalia consint, que præterquam quod nutriuntur atq; au-  
gentur, sensum quoq; motumq; participant: nec non fiunt plantæ,  
que & sensu & motu destitute aluntur solum atq; augentur, aliq;  
in animatorum mixtorum genera in lucem prodeunt, que & sensus  
& motus, & nutrientis atq; augentis experientia facultatis, elemento-  
rum feces merito possunt vocari, ut lapides, fungi, sal & metalla: Ita  
quoq; ex quatuor humoribus in hac ultima sede procreatis membra  
quædam fiunt, que aluntur, augentur, sentiunt, atq; moventur, ut  
nervi, panniculi, musculi atq; lacerii: alia autem gignuntur, que  
& sensu & motu suæ natura sunt destituta, nutritur tamen ac  
augentur, ut ossa, cartilagines ac venæ. Ex cibo insuper & quatuor  
humoribus alia generantur, que nec sensum, nec motum ullum parti-  
cipant, nec nutritur, nec augentur, sed fæces ac cibi humorumq;  
superfluitates existunt, ut stericus, lotium, sudor, narium purgamen-  
ta, & aurum sordes.

Verum hæc quia cum jucunditate quadam erant conjuncta paulo

fusus quam forsitan parerat, de microcosmi triplicis fabricæ, cum macrocosmi, harmonia proponere visum fuit. Nunc & quadraginta num microcosmi videamus, hunc enim in hoc æquè ac in macrocosmo observatum reperimus. Nam si depingas hominis figuram vel in circulo, vel extra circulum, ita ut immotus talis pedes dextrorsum sinistrorsumq; in utrumq; latu protendantur, & manus ad caput lineam eleventur, ipsi tunc extremi manuum pedumq; digititibi quadragonum, hoc est crucis quadrilateræ signum deformabunt, cuius centrum etiam secundum naturæ ductum erit in umbilico. Et sic vel caligantibus oculis videmus, quaternarium, ut cum Arithmeticis, sive quadragonum, ut cum Geometricis loquar, primum esse numerum aut figuram quæ Deus mundum & majorem & minorem ad sui exemplarum iam sphæras referente monadem comprehensum, tripliciterq; ad designandam triadem distinctum, disposuit.

Nec equidem magis mysticè disponi mundus posuisset. Quaternarius enim fundamentum & radix est omnium aliorum numerorum. Adde enim unum ad quatuor & habes quinarius, adde duo & habes senarium, adde tria, & habes septenarium, adde unum & tria, & habes octonarium, adde duo & tria & habes nonenarium, adde unum, duo & tria & habes denarium, omnium numerorum complementum & finem. Fallor an & hinc sex diebus, quemadmodum sex memoratae processiones omnem numerum, sic omnia opera sua, quorum prima materia si nimirum fuit *τετράκυς*. Deus consummavit prima enim illa processio, uniuersum nempe ad quatuor cum sit simplicissima representat primo die factam productionem simplicissimam Tetragonice pyramidos, nomine quinarij ob id à Pythagoreus insignitæ (basis enim illius est quaternarius habens in cacumine verticem sui summam unitatem) quæ est ignea lux incorporei & immaterialis separata rum intelligentiarum mundi, extra cælum visibile, diciturq; ætherea. Altera processio duorum nempe ad quatuor secunda die factam firmamenti productionem denotat, quod quatuor partibus sive quadraginta distinctum est, cuius sex sunt latera, sursum, adorsum, ante, retro, dextrorsum, sinistrorsum.

Tertia

Tertia vero processio trium videlicet ad quatuor, cereo die factam productionem significat, trium nimirum horum Plantarum lapidum & metallorum, (quae duo posteriora etiam tertio die facta verisimilium est) ex legitimâ & temperata quatuor elementorum commixtione progenitorum. Quamvis vero solam terram horum matrem Genesis pronunciet. (ii) quaternariū tamen nostrum id haud collero noverit, qui animadverseris nullum sensibilem elementorum purum esse, sed illa secundum magis & minus esse permixta, & in se invicem transmutabilia. Terra enim lutescens, dissoluta fit aqua, atque illa ingrossata densata fit terra. Per calorem autem evaporata transfit in aërem, & ille nimium calescens in ignem. Quo Paracelsus (kk) videtur motus, ut senserit unicum esse elementum, quod in quatuor corpora sit divisum. Sed & quartam processionem uniuersum nimirum & trium ad quatuor consideremus, quae octo orbium cœlestium factam quarto die exornationem, affigendo ut quidam volunt, luminaria, seu productionem potius, ut & quidam rectius sentiunt, ipsam designat. Quatuor enim denotant Lunæ, Mercurij, Veneris & Solis orbes, tria Martis, Iovis & Saturni, unum vero cælum stelliferum. Sed quatuor saltē basice processiones jam sic demonstrasse sufficiat, residuali, non longior sermo fastidium pariat, philomusis perpendendas relinquimus. Anne vero jam Deus tam in universi, quam hominis dispositione magis mysticâ uiri potuisse figurâ, quam quadragenot. Forsan nec alia fuit conveniens? Hercle haud fuit. Ideo enim hominem condidit Deus, ut in ipso tanquam in templo suo habaret, mundum vero, ut esset homini hospitium. (ll) Unde illum non alia, quam quæ Deo, tanquam incole illius maxime conveniebat, (cum quicquid consociari debeat, certam prius depositat analogiam) figurâ disponi parerat, hunc vero non aliâ quam quæ homini hospiti suo, aptissima. Deo autem magis convenire haud poruit illa figuratum quam vel Trigonum vel Quadrangulum. Trigonum ob Deitatus simplicitatem, cuius totius cum sit una, constituit punctum, tria vero utrōq; tres lineas, que finibus suis se mutuo contingentes conficiunt trigonum ἰσόπλευρον. Tetrangleon vero ob duplē respectum, quem habet personæ ad se invicem habent.

Utrumque

C 2

10  
Gen. 2.

kk  
in lib. 1.  
202.

ll Beroald  
Chron. lib.  
1. c. 2.

bent, quorum primus, qui est patri gignentis ad filium genitum, respondet processioni primæ simplæ in quadragono, id est, unius lineæ ab unam: alter vero qui est patris & filij ad spiritum sanctum ab utroq; procedentem processioni secundæ it idem simplæ, duarum nempe ad duas, quas duas posteriores constituit duplex spiritus sancti respectus ad priores duas. Respicit enim ad illas non modo quatenus sunt personæ Trinitatis, sed & quatenus sunt Pater & Filius. At qui sacram Triadem (quamvis enim Deus, neq; numerus, neq; ordo, neq; unum neq; unitas sit, (mm) liceat tamen homini, cum aliter non posse de Deo sic loqui) jam referebat trina humani corporis fabrica, immo anima ipsa hominis, quæ essentiâ quidem una, potentijs vero trina, ut pote <sup>Theol.</sup> vicinij cujus tanquam reliquarum Reginæ sedes (observa covenientissimam dispositionem) in prima fabrica, in cerebro nempe, <sup>Arceopag.</sup> <sup>de mistica</sup> cuius in media sedes, in corde scilicet, & demum <sup>in</sup> <sup>epi</sup> <sup>vnu</sup> <sup>lue</sup> cuius in infima, hoc est ventre inferiore. Tetragoni igitur ut & in homine esset exemplar, homo hac figurâ formandus erat.

Homini quoq; jam sic formato, non fuisse, (quod alterum prosyllogumi nostri membrum erat) aptiorem figuram, quam quadragonum probatu sane per quam facillimum est. Ideo enim homo in hac hospitalium remissus erat ut inibi ipsi omnia ad sui sustentationem necessaria suppeditarentur. Hæc vero protriplici hominis conditione erant triplicia <sup>hymeniora</sup>, <sup>hymenæ</sup>, <sup>et</sup> <sup>hymen</sup> <sup>Tin</sup> <sup>cc</sup> Prima dñebebat subministrare prime heminis portioni respondens mundus Angelicus. Ratio enim sive Intellectus hominis habebat sese ad Deum primum illuminari

<sup>nn</sup> de cœlesti di, ut Dionysius (nn) loquitur, principium, sive lucis essentiam ipsam bier. c. 13. quemadmodum Luna ad Solem, que uti suam à Sole mutuatur lucem, sic intellectus noster à Deo. Qui cum lucem iuhabitet inaccessibilem (oo) divinitatis suæ radios novem illorum Angelorum ordinum

<sup>oo</sup> <sup>i Tim: 6.</sup> operâ gradatim quasi, ut idem sentit Dionysius, (pp) in mentem hominis diffundebat.

<sup>pp</sup> <sup>de cœl:</sup> <sup>hymenæ</sup> vero suppeditare debebat mediæ heminis parti correspondientis mundus cœlestis, ubi nempe planetæ, reddendo, pura, complexio <sup>hier. c. 9.</sup> nem tractabilem, & ad omnia bona comproportionatam, & contemperatam

peratam & quæ sunt hujus generis. Ἐπιθυμητικαὶ, quæ ultima sunt, impetrare debebat in simæ hominis parti respondens mundu ele mentaris. At qui horum necessariorum suppeditatio commodius fieri non poterat, quam per macrocosmī cum microcosmo symmetriam. E andem ita q̄ in universo, & homine dispositionem observari fuit neces sum.

Quis vero hinc mecum non concludat, quadragonum in hominū, quod Dei templum esse debebat, in mundi vero, quod hominū futu rū erat hospitium, cuiusq; maximè fuisse adhibendum. Et quis quoq; mecum stupendam & planè mysticam hanc hominis fabricam non ad miretur, cum gentili illo dicendo: (qq) O magnum miraculum est ho mo, animal adorandum & honorandum. Quis deniq; reputando secum quod homo sit templum Dei, non cum Bernardo seipsum, & alios in clamet: (r1) Agnosce o homo dignitatem tuam, agnosce gloriam con ditionis humanae?

Æquisimum equidem hoc si fiat iudices. Anne vero & æquisi mum si mecum miserabilem protoplasti lapsū deplores, quo mysticam hanc templi divini fabricam, hoc est, signum crucis adeò exere mè profanavit, ut ubi prius erat summa conformitas cum Deo & cre aturis, jam nil nisi mera sit dissennantia atq; discrepantia. At, dices, hanc mihi prius delineas, ut quid deplorem, sciam. Neq; id falsum illubenter, tu itaq; ut illam eò exactius cognoscere queas, mirandam illam ante lapsū harmoniam prius mecum quæso pérpende. Homo ad similitudinem supercœlestis Monadis creatus & ipse Mōnas existebat. Ex homine vero uti monade, in qua omnis numerus uniformiter con stat, quantum vero procedit, tantum discernitur & multiplicatur (ut inquit Areopagita (§) per discretionem procedat i binariu, qui est anima & corpus. 2. ternarius, qui est in corpore, suprema, me dia & infima pars, in quarum qualibet iterum ternariu, in suprema enes cerebri ventriculi, in media cor & duo pulmones, in infima ven triculus, intestina, vesica vel etiam epā & duo renes; in anima vero facultas rationalis, irascibilis & concupisibilis. 3. Quaternarius, quem in corpore faciunt quatuor humores. In anima irascibilis, con cupisibilis.

B

3

cupisibilis


qq  
Hermes  
in asclepi.

rr.  
de natal  
Domini 2

de Ente et  
exemplarib

11  
11

cupiscibilis, Intellectus & voluntas, in quæ duo posteriora dispescuntur  
 rationalis. & quinarius, quem in corpore cerebrum, lingua, cor, pulmo  
 & par, constituant. In anima vero quatuor priores animæ potentiae,  
 cum facultate, loquendi. 5. senarius, qui est in anima, irasc. concup.  
 Intel. Vol. loquela, & sensitiva. Corporis senarium brevitatem gratia  
 libens omitto, uti & reliquos omis surus sum, cum sint cuivis in pre-  
 su. 6. Septenarius, quem cum superioribus sex dat Phantasia. 7. o-  
 ctonarius, quem super addit a facit memoria. 8. Novenarius, quem  
 addit a vegetativa. 9 Denarius, quem addit a superioribus Locomotiva  
 Hic cum sit omni numeri finis (ab eo enim ulterius non numeratur  
 nisi per replicationem) in unum coacervatus reddit, sicq; constituit  
 circulum, cuius centrum est unitas. Omnia jam horum in homine  
 numerorum, tanquam eorius ædificij fundamentum erat quaterna-  
 rius, seu ut priscorum Philosophorum termino utr, quadratura circu-  
 li, sive crucis, cuius limites nullus illorum excedebat, uti hæc figura  
 adumbrat.



Hac vero numerorum decentissima proportione homo & Crea-  
 tori & creature correspondet. Triuni Creatori nimirum monade &  
 triade, binario uti ex unitatis duabus collecto Creatori & creature  
 five naturæ. Ternario quoq; secundariò tribus hierarchijs cœlestibus,  
 imò etiam tertio tribus mundi, angelico, cœlesti & elementari.  
 Quaternario primario nomini Terragrammato יהוה secundariò  
 quatuor illis summi principiis toties in scriptura nominatis, Micha-  
 eli, Raphaeli, Gabrieli, Urieli, tertio vero & triplicitatibus signo-  
 rum cœlestium, quarum prima I & Secunda II = 6  
 Tertia III = 10 & Quarta IV = 14 quarto quoq; & ele-  
 mentis. Verum omnium numerorum cum superius illis correspondentes  
 enumerare nimis foret longum Finem potius seu usum illius confide-  
 remus, quem aptissime quidem cum nobis describat Hebreus ille (it)  
 hic luet ex eo ascribere: Initio creationis mundi, inquit, divina  
 In porta cohæratio erat descendens in inferiora, & cum esset divina cohæ-  
 buis. ratio inferioris, reperti sunt cœli & terra uniti & erant fontes & ca-  
 nali & activi in perfectione, & trahebantur à superiori ad inferiorem

& in veniebat Deus complens superne & inferne. Hæc ille: Per canales hosce nihil aliud intelligit, quam supercœlesti illud supercœlestium aquarum, hoc est, sapientiae divinae, stolidicum, quod ex limpido omni scientiae fonte, Deo, per primas, secundas, tertias, & sic consequenter, essentias divinas (ut luculentissime docet Dionysius) (uu) tanquam per varios fistulares meatus in mentem hominis distilabat, ad quod excipiendum canalium hominis orificia sublimium illarum fistularum meatus ad amussum ut correspondarent, erat necessum: Correspondebant vero per dictam jam (de qua & paulo superiorius) Symmetriam. sed hæc de optima illa ante lapsum harmonia hominis cum superioribus: Nunc & dissonantiam, quæ post lapsum, videamus. Hanc vero idem. quem supra introduximus, Hebreus sic nobis descriptum reliquit: (xx) Venit Adam primus, & peccavit, & diruti sunt descensus, & confracti canales, & desit aquæ ductus, & cessavit divina cohabitatio, & divisa est societas. Sed qui homo ad peccandum sit inductus, quicquid hoc ex peccato orta sit illa dissonans, paulo fusius declaremus.

Antiquus ille serpens, cum, quod derelicto suo (yy) principio sive centro in lateribus Aquilonis propriam sibi vellit condere monarchiam, super stellarum Dei exaltatus solium suum, ut esset similis Altissimo, cælo, id est circuli circumferentia jam ejectus esset, (zz) (unde nec ad centrum datur regressus, ideoq; nec ipsi spes salutis) ut in figurâ, etiam hominem ex invidia melioris conditionis in suum astuabat pellicere consortium. Fieri vero hoc non posse videbat, nisi decentissimum illum in homine labefactares ordinem. Hanc itaq; moliens labefactatio nem initium illius commodissimè fieri à parte inferiori, id est à concupisibili ducebatur, fructu arboris veritatis, tanquam illius objecto, illam movendo. Res prob dolor successit. Concupisibilis enim hoc modo pervertit cum reliquo convenientiam Qua factore tentavit & irascibilem, quæ concupisibili instinctu statim prorupit indignabunda quasi in illud: Ne forte moriamur. His devictis adortus est Intellectum, qui percepero hinc subsecuturo fructu, gloriâ nemp̄ divinâ, prioribusq; abortantibus, id ē re sua esse judica-

ue.  
de hier.  
cœl. c. 4.7  
9.13 & 15.

xxv  
lib codomo Esa. 14. O nomodo  
cidisti de coelobib.  
Lucifer fili auro  
Merid!

yy  
in Iud. ep.  
v.6.  
O 22  
Esa. 14.

Ter. 1  
Ab Aglone  
venit &  
malum.

Eph.  
Justae  
rare oī  
& chris  
ea quā in  
coeli. p. 10  
Implebit eū  
nas.

judicavit, cui voluntas assensit: sicq; Quadrilateri, uti fundamenti re-  
liquorum, combinatio dissoluta est quam dissolutionem & reliquorum  
numerorum, quinarij, senarij &c. statim subsecuta est dissonantia,  
& in universum totum hominis à perfecto statu, in quem collocave-  
rat ipsum opifex, dejectio. unde & divina à nobis divisa est societas  
secundum illud (aaa) peccata vestra: divisorunt inter vos & Deum  
vestrum. Confracti sunt canales & desière cœlestes illi influxus.  
Hinc intellectus hominis, qui sese ad Deum habet, quemadmodum  
Luna ad solem, ut superius diximus, ἐκλειπτικός pascus est, interposi-  
tā inter Deum & illum corporeā labe & terrestri impuritate. De quo  
bbb psal. 143. psalmographus (bbb) conqueritur. Quare faciem tuam avertū Do-  
mine, quoniam humiliata est in pulvere anima nostra. Similiter &  
ccc Sap. 9. sapiens hujus filius. (ccc) Corpus corruptioni obnoxium aggravat a-  
nimam, & terrenum domicilium plenam curarum mentem depri-  
mit. De reliquarum animæ potentiarum cum superu' αὐτοῖς quid  
Sir. 39. v. dicam? Ubi prius influxus boni, & omnia homini cooperabantur in  
32 Sap. 16 bonum ibi (ddd) jam influxus mali, & omnia homini vergunt in  
v. 24. malum, adeò ut & in hominis ultionem, tanquam à Deo disiden-  
eee Iud. 5 v 10 tia sese armat creatura. Hinc pugna stellarum de cœlo contra Sisa-  
fff ram. (eee) Hinc arcus Domini intentus, quem non absurde zodia-  
cum dixeris, hinc sagittæ ejus acutæ (fff) hinc jaculatores Domini  
ps 7. 4 Esd (ggg) hinc immisso per malos Angelos (hhh) hinc bellum Dominis  
16. v. 13. (iii) hinc cœli ipsi ærei & terra facta ferrea. (kkk) Ab quam vere  
ggg hinc eum Propheta conqueri possumus: (lll) Repulit Dominus altare  
Iob 16. viii suum, maledixit sanctificationi suæ, tradidit in manus inimici mu-  
hh. ps. 78 ros turrium ejus.  
iii ps. 39 viii

kkk deu 23 At quid querelis opus, dices, sacerdote potius & opifice opus esse  
lll ehren 2 qui impiatum quadratum nostrum rursus expiatet, ejusq; ruinas  
m m m instauraret. Evidem nec hunc voluit nobis deesse animarum a-  
sap 27. mantissimus ille Deus, (m m m) Deus veniarum (nnn) misericor-  
nnn. 2 Esd diarum pater, (ooo) Dedit enim nobis unigenitum filium suum, in  
9. v. 17 000 quo, ut  
2607. 173.

que ut inquit (ppp) Apostolus complacitum fuit ipsi universam plenitudinem inhabitare. Et per eum reconciliare cuncta erga se, pacificatio per sanguinem crucis ejus, instauratisq; per eundem, sive, que in terra sunt, sive, que in celis. Crux itaq; id est, quadragonius noster crucis Domini tertiarum aevorum, qualiter Nonnus fuisse restatur, tam rursus sanctificata, quam instaurata est: quod cur alia, quam hac figura fieri non debuerit, haud illum fugiet, qui quamobrem Moses (rrr ad serpenteum iactu laorum medelam & serpenteum aeneum iussu Domini formarit, exactius pondaverit. Sanctificationem jam quadragonis nostri primum quod attrinet, facta est quadruplici, quasi in quatuor crucis extremicatibus, sanguinu Christi aspersione, ut parte profluens de capite spinis sauciato, neq; non ambabu manibus, & demum pedibus clavis confixus, ad illius prefigurationis impletionem, quā (sss) summis pontifex sanguine rituli quatuor Tertiarum aevorum altaru ihymiamatu cornu attingere solebat. Sic qd; jam rursus fundamentum adificij, quod erat quaternio, sanctificatum est, quam sanctificationem profanatio Triadū nostre jam praecesserat expiatio, facta trina sanguinis Domini profusione, uti in horto, in flagellatione, & dum Domino coccinea detrahebatur chlamys: neq; non similiter profanati circuli sanctificatio, facta sanguinu in circumcisione profusione. Et ita quoq; satisfactum trina illi typica Iudeorum, hoc est superliminaris & utri usq; postius sanguinu aspersioni, (rrr) similiterq; & illi filiorum Aaronii per circuitum altari agnisi, vel etiā alterius hostiae sanguinu fusioni (uuu). Habet jam hosce numeros unarium, binarium, ternarium, qua ternarium, septenarium ex 3 & 4, & octonarium ex 1. 3 & 4, constantem, rursus expiatos: Videamus & reliquorum in homine numeros, sive si maius Geometricè loqui, dimensionum expiationem. Qui narius itaq; quinq; Christi vulneribus rursus sacer est, senarium passione Domini, sexta die facta, novenarium morte Domini horā nonā expiantis, denarium deniq; decem hisce in passione Domini exhibitu, ut pīca vinculus quibus ligatus, flagris, quibus cæsus, columnā, ad quam verberatus, seruo spineo, quo coronatus, chlamyde, qua induitus, arundine dextro pro sceptro datā, qua percussus, cruce, in quam actus, clavis, quib; crucis suffixus, lancea, qua lotus ejus confossum, & demū sepulchro

ppp  
Col. rep̄.

rrr  
Num. 21.  
vide serm.  
p. Ricij de  
com. Sacr.  
ratione.

sss  
Lev. 4.

rrr  
Exod. 12.  
uuu  
Lev. 1. & 2.

sepulchro, qui condicis, Commissuram quodq; nostri quadragoni, hoc  
est, crucis sanctificavit iterum Christus, dum ad commissuram suam  
crucis ex latere suo vulnerato largissime profudit sanguinem, typo  
summi pontificis in v. Testamento vituli sanguinem ad basin quadratus  
altaris profundenter. Hæc de totius fabricæ expiatione. Nunc de rui-  
tarum instaurazione paucus agamus.

Quadrilateri itaq; ruinas instauratus Dominus, ut ab hostiis  
quos non defuturos presciebat, incursionibus turcum post hac esset ædi-  
ficium hoc, se ipsum hujus constituit principium, & tanquam immobi-  
le centrum, juxta illud: Qui est principium. Item: Qui est principi-  
um opificij, ut Pugninus vertit, Dei. (xxx) In quatuor quadrangulariæ  
hujus fabricæ lateribus posuit et apostolos suos secundum illud: (yyy)  
Et murus civitatis habens fundamenta et, & in ipsis et nomina apo-  
stolorum, ita ut quolibet latus triateneat ex illis, quorum laterum  
extremitates compinguntur cruce Christi quadrangulari, habente, ut  
inquit apostolus, (zzz) longitudinem, latitudinem, sublimitatem argo  
profunditatem, infixis quatuor hisce clavi, hoc est virtutibus. Extre-  
mitas prima connectitur profundiori parte cruci, FIDE, que occulta  
voluntatis Dei vocazione prima in fundo cordium humanorum, quasi  
fundamentum in ædificio ponitur: Secunda jungitur parti, que est  
usq; ad brachia, vocaturq; longitudo, PERSEVERANTIA. Tertiæ  
cum parte sublimiori SPES combinat, que nobis in coelestibus reposa-  
ta est: Quartam deniq; cum parte in qua porrectæ sunt manus, dici-  
turq; latitudo, CHARITAS conjungit. Habet quoq; structura hujus  
principium sive fundamentum, lapidem nimirum angutaris & petra vi-  
vens Christus quinq; foramina, que sunt quinq; illius vulnera, ut in  
hiis 5 foraminibus formosa illa & inmaculata columba, Ecclesia ab  
inferni accipiteris insultum sebe abscondere, & tuto nidificare possit,  
quinq; nimirum dilecti sui plegas fidati tenendo & contemplando me-  
moriæ. Et ne præpropera festinatio imperfectioni ædificij causæ probe-  
ret, sex etates ad ultimæ consummationes destinavit, prima est ab  
Adam ad Nos, 2a Noe ad Abraham, 3 ab Abraham ad David, 4 a  
David usq; ad emigrationem Babylonicam. 5 ab hac usq; ad  
Christum, 6 a Christo usq; ad finem mundi, Septem interim perpolis  
exornat

Cant. 2.

Esa. 11

exornatae, virtutibus, quae septem illa sunt spiritus sancti dona. *Ottog.*  
beatitudinibus donat. Novem insuper caelestium vigilum ordines ipsius. *Mart.* g.  
custodia praefecit, & denique decem preceptu circumsepsit.

Et hæc est illa redificatio templi, de qua audeo luculenter differre. *Amos* 9.  
*Prophetæ:* In die illa suscitabo tabernaculum David quod cecidit, &  
redificabo aperturas murorum ejus & ea, que corruerant instaurabo  
& redificabo illud sicut in diebus antiquis. *Hæc est illa jactura fun-*  
*damenti, de qua Apostolus:* Superstructi estis super, fundatum  
Apostolorum ac Prophatarum, summo angulari lapide ipso Iesu Chri-  
sto, in quo quæcumque structura reagmentatur et crescet, in templum  
sanctum in Domino, in quo & vos coedificamini in habitaculum Dei  
per spiritum. *Hæc civitas illa regnorum, hæc domus illa* *Apoc. 21*  
cujus, longeudo et ante, quanta & latitudo, de quibus duo illi ridentes *Ezech. 48*  
*Hæc domus illa sapientie, cuius septem sunt columnæ, septem nimi-* *proverb. 9.*  
rum illæ Ecclesie de qua Apocalypsis. *Hoc ædificium illud, de quo in* *Apoc. 1.*  
*psalmo: In omnem terram exivit id ædificium, eorum. Sic enim Ps. 19.*  
non inepte quidam vertunt, cum & apud Iobum id ita usurpetur  
id est, cum perpendiculo edificavit. Fallor an hoc præfigurarent se-  
cragonica illa altaria Mosis & Salomonis, in quorum angulis erant  
quatuor cornua, adumbrantia quatuor crucis angulos? Fallor an &  
idem designavit Ariel quadrangulatum & quis lateribus, similiter ha-  
bens cornua & coronam in circuitu, referentem circulum homini, *Exod. 29*  
de quo supra. Quid quoque rationale illud quadrangulum, duodecim gen-  
tium in quatuor lateribus, ordine positum exornatum, aliud quam hoc  
rationale significasset ædificium.

Nunc qui prius adeo exultabas letitiam ob convenientem priori fa-  
brica symmetriam, nunc, inquam, gaude, letare & exulta ob longe  
convenientiorem redificati templi bujus syntaxin, mecumque præni-  
mio gaudio exclama: *Quam dilecta tabernacula tua, Domine, virtu-* *ex ps. 88.*  
*sum, concupiscit & deficit anima mea in atrio Domini. Cor meum*  
*& cara mea, exultaverunt in Deum vivum. Etenim pesser invenit*  
*sibi domum, & turtur nidum sibi, ubi reponat pullos suos. Altaria*  
*tua Domini virtutum, Rex meus & Deus meus. Beati qui habitant in*  
*domo tua, in secula seculorum laudabunt te. Beatus vir cuius est auxi-*  
*lium*

liam abste, ASCENSIONES IN CORDE SVO DISPOSUIT. In  
valle lacrymarum, in loco, quem posuit, Etenim benedictiones dabit  
Legulator, IBVNT DE VIRTUTE IN VIRTUTEM, videbitur Deus

Cypr. de Deorum in Sion, (hoc est, in cruce, juxta Cyprianum) &c.

mont Sion Verum ut ad finem properemus, cur hinc figuram crucis non vere

& fina. mysticam prædicemus? Cur hoc signum maxime omnium hieroglyphi-

cum non dicamus, omnibus alijs longe anterendum? Quod si & bello

Ducibus non vertitur vicio, quod suis milibus syntagma edicant,

que tesseras vocant, ut suos quoq; Dux possit internoscere, & se quoq;

inter se queant, quemadmodum in bello Cæsari erat Venus genitrix,

& Sylla Apollo Delphicus, & Mario Lar Deus, & Iephahæ Sibboleth,

qui quoq; nobis deo vicio, sicut D. Marcius crucem Domini, in quæ

credimus, Deum verum & Dei filium, in mente, in ore, in signo re-

nendum, ut ipsius recitem verba, iudicemus: Crux enim Domini, uti

alterius dicit, armatura nostra invicta contra Satanam, galea custo-

dians caput, lorica protegens peccatum, clypeus tela maligni repellens,

gladius iniquitatem & angelicas insidias perversas potestatis sibi pro-

pinquare nullo modo sinens. Hoc solo signo celestis victoria data est

nobis, & per crucem baptisma Dei sanctificatum est. Hucq; ille si

militer & Hieronymus: Exultemus ad crucis similitudinem, sanctas

in caelo levemus manus, cum sic nos armatos Dæmones viderint, op-

primentur. Quando Moses erecta habebat manus, vincebatur Ama-

lech. Si paululum illæ conciderant, invalescebat. Hæc quoq; ille. sub-

scribit eidem D. Ignatius, cum inquit, princeps hujus mundi in hoc

gaudet, quando quis crucem negaverit. Interitum enim sibi ipsi esse

cognovit confessionem crucis. Hæc enim trophyum est contra ejus vir-

tutem, quod videns expavescit, & audiens rimer. Initium enim illi-

fuit ad damnationem crux Christi, principium mortis, initium perdi-

tionis.

Bk. 28. Quemadmodum itaq; summus pontifex in veteri testamento ratio-

nale illud quadripartitogemmarum ordine distinctum, super cor su-

um portabat, quando ingrediebatur Sanctuarium, tanquam memo-

riale coram Domino in eternum, ita & quilibet Christianus, tan-

quam spiritualis Sacerdos, oratus coram Domino, in memoriam re-

demptionis

demonis per Crucem Christi factæ, haud immixtò præfigurato per illud crucis signo pectus suum signat juxta illud. Pone me, ut signa- Cant. 3  
culum super cor tuum. Sicut etiam idem Pontifex auream' gestabat Ex. 28.  
in fronte laminam, in qua nomen יהוה erat insculptum: sic &  
quilibet Christianus jure figuræ crucis per eandem adumbratæ fron-  
tem suam notat.

Et sanè cur hoc vel hac saltæ de causa non faceret, ut sibi in me-  
moriā revocet, sejam hæc sacro sancto signaculo tanquam heredem  
cœli à Deo ipso in fronte sua notatum, juxta illud: Notabis sig- Ezech. 9.  
num super frontes virorum. Quod de litera tau, quæ crucem refert, v. 4.  
& Hieronymus & Cyprianus, qui & illud (Ex. 12) signum similiter lib 2. ep. ep  
sic explicat, intelligunt. Item secundum illud: Signemus servos Dei 134. Cyp.  
nostris in frontibus nostris. Vocatur vero ibidem sigillum Dei vivi, lib. 2 adv.  
quod Hebræorum Doctores alias יהוה non absurdè vocant (quam- Iud. c. 28.  
vñ sepher Iezirah וְיַהֲבֵא) quod veritatem significat, & idem Apoc. 7.  
est, quod Amen. In qua dictione comprehenditur litera Alphabeti  
prima, media & ultima, ad innuendum, quod Christus, qui veritas  
est, & ὁ Ἐρυθρός dicitur, sit principium, medium & finis omnium. Apoc. 3.  
prima quoque littera significat unum & mille, & vero quatuor de-  
narios, & ȝ, quatuor centenarios, ad denotandam quadraturam  
circuli sive crucis, de qua superiorius.

Alii vero signum hoc in frontibꝫ Christianorum appellatur no- Apoc. c. 2.  
men patris, nomen Christi, nomen civitatis novæ, quod ut videas, qui t. 14. c. 22.  
cum superiori consentiat, hoc est, quod sit idem, quod crux, sic accipo  
Nomen patris est יהוה, quod αὐτὸν φῶνον vocant Hebrei, quibus  
de causis vide Ricum & Galatinum, scribabantq; olim hoc modo  
cum quo nomen Christi יהוּדָה idem est, ascitæ tantum litteræ, Ricum in  
per quam tetragrammaton illud jam factum est effabile secundum il- portarū lu  
lud Prophætæ: Propter Sion non raccabo, & propter Ierusalem non uis epito.  
quiescam, donec egrediatur ut SPLENDOR Iustus eius & Salvator P. Gal. de  
eius ut LAMPAS accendatur. Et vocabitur tibi nomen novum, quod os uic. cath.  
Domini nominabit. Nomen jam hoc novum, quodnam aliud, quam verit. lib.  
Iheschua, quod Gabriel Archangelus, tanquam us Domini nominavit? 2. c. 10.  
Novum id sanè est, cum nulli alijs quam Christo proprium sis. Qui Esa. 62.

D 8

ONIM

enim in Latina Bibliorum et translatione Iesu vocantur, uti Iesu Nave  
Iesu Iosephus, & Iesu Sirach non יהשׁוּא Iheschuh, sed יהשׁוּא  
Iehoschua, id est, Deus salvabit, scribuntur. Iustus vero Christus, ac  
splendor egressus, & Salvator ut Lampas accensus, postquam יהשׁוּא  
Iehovah nomen Christi pronuntiatum est ab Angelo יהשׁוּא Iheschuh  
ab inserta litera ו cujus extrema dno conjuncta lampadem, medi-  
um vero lychnum resert.

¶ 23.

Scribe jam nomen Iehovah hoc modo ו ו adde ו hoc modo  
¶ 24. & habes nomen patris & filij & civitatis sancte in forma crucis  
Sicq; intelliges & illud raticinium: splendor ejus, ut lux erit, cornua  
in manibus ejus, que adumbrant duo extrema iod literae Schin. Hoc  
est illud sigillum Dei vivi, quo in frontibus consignati sunt servi Dei.

Sicne vero hoc signum Character ille terrificus, homini a Deo im-  
pressus, ob quem cuncta animalia hominem tanquam Dominum time-  
re Hebraeorum Doctores asserunt, indeq; Pahad nominant, id hoc loco  
disquirere fore nimis longum: Sufficiat jam indicasse, quod crux si-  
sacra Christianorum tessera, quam Domino exercituum suos signatos  
milites ab alijs dignoscere visum est.

Id quod & videntur Christiani illi Imperatores significare voluisse  
dum omnia ferè militaria vexilla, imò & arma signo crucis insignire  
curarunt. Neg; cuiquam potest esse obscurum, hinc apud omnes Chris-  
tianas Ecclesias in consuetudinem primò venisse, ut non modo templo  
& sepulchra hoc exornaverint signo, sed & ad vias regias lapides ex-  
rexerint cruces. Quod & predictum erat à Propheta: In die illa erit  
ara Domini in medio terra Egypti, & statua Domini juxta terminum  
ejus. Et erit in signum & in testimonium Domino exercituum in  
terra Egypti. Quæ hæc aræ Domini, quam crux, in qua immolatus  
que statua illa, quam eadem crux? Per Egyptum (quoq; hic si Ro-  
manum intelligi imperium, forsitan ab Apocalypsi non dissentiat.)

Quam consuetudinem licet & Calvinianarum ranarum Lunari-  
cum genus (spiritus quippe Calvinianus unus ex tribus illis in modum  
ranarum procedentibus spiritibus existit, de quibus Apoc) Ideo latrati-

¶ 25.

¶ 26.

nam esse coacti, nos tamen adhuc in Ecclesiis nostris pie retinemus;  
ut qui non ad adorandum, sed in memoriam Crucifixi Christi, crucis  
signum admibeamus. Omnis itaque actus, cum non ex opere ipso, sed ex  
modo agendi appellationem sibi vendicet, modus vero hic reminiscenda  
crucis Christi, quem confatur illa externa imago. Idololatricus non  
sit, cur imaginem crucis, tanquam idolum, ex nostris extirpare  
misi Ecclesias. Quid si vero propter abusum cavendum illam tolli  
volint, videant, ne in seipso, ut qui sunt crucis imago, & in univer-  
sam naturam, que undiqueque crucium plena, sint injurijs. Bezan, Vide Coll.  
quod accinet, qui ideo se EX ANIMO CRYCIFIXI IMAGINEM Mompel.  
DETESTARI, prosequitur, FERRE NON POSSIT, dicit, quod sit ima- de Imag.  
go crudelitatis Iudeorum in Christum, mirum est, quod non passionis  
Dominice historiam ideo queque fuerit datestatus, que Crudelitatem  
Iudeorum in Christum longe expressius oboculos ponit, quam vel li-  
gnea, vel lapidea aliqua crucifixi imago.

sed quid ad nos illorum deliria? Gaudemus nos & triompha-  
mus potius ad crucis conspectam imaginem, memores victoriae, Cyprian  
Domini, qua tria illa regna sibi in cruce subiicit, & celestium, quando in exposi-  
tione in aërem sublimitus aëreas subjugavit potestates, terrestrium, quan- symbolum  
do expansis manibus omnia ad se traxit, & inferorum, quando ad  
terram pedibus detortis inferiorum capita contrivit: reputantesque  
quod qui Constantino Imperatori signaculum illudcum hac in scrip-  
tione, IN HOC VINCE, ostenderit, & nos, quoties idem intuemur  
signum, monitos velit, ut in hoc strenue adversus hostes nostros pug-  
nemus, tandemque palmam obtineamus. Abrumperem hic jam ille  
sermonem, nî unum atque alterum miraculum cruce perpetratum  
obiret quasi enarrare crucis exigebat dignitas. Primum quod ar-  
ciner, factum est, cum Constantini matre Helena studio, per qui-  
atem monita, ut Hierosolymam peteret, quæsum crucem  
Domini invenia esset crux, cum admoveverunt eam muliercu-  
la cuiusdam

Polydorus  
lib. 3. c. 6.  
de rerum  
inventoriis

culæ cuidam mortuæ, quam vitæ restituit. unde & Constantinus mo  
r. Francis. tui edicto quenquam deinceps eo supplicio necari vetuit. Alterum ac  
loperejus, in cedit in Canaria, in cuius insula Christophorus Columbus  
hist. Occi qui primus eae provinciae ex Europæ ingressus est, crucem fixar  
dent. Ind. que nullo modo postea potuit evelli. Sic inanima imago Christi  
crucifixum esse verum Deum & salvatorem mundi gentibus illis con  
testata est.

Et hoc de Sacramento crucis in medium afferre lubitum fuis.

Nunc mihi salve.

Sybil. ap. O lignum felix, in quo Deus ipse pependit. Quod his elegijs cum  
Soz. lib. II quodam, Coronidu loco, lubens meritò afficio.

6.1. Rup. Crux Christi Ianua cœli, clavis paradisi, Diaboli dejectio, homi  
Abb. Tui ni erectio, captivitatis nostra solatum, libertatis precium, expecta  
ciens lib. tio prophetarum, promissio Patriarcharum, spes Christianorum, re  
6. ds divin surrexisti mortuorum, cororum dux, claudorum baculus, consolatio  
off. c. 21. pauperum, sustentatio inopum, spes desperatorum, triumphus Regum  
st libr. 626 dignitatis Sacerdotum. Crux tenebrarum excidium, lucis infusorium,  
moreis effugium, vite navigium, Salutis imperium. Quicquid Deo  
proficimus, quicquid acquirimus, quicquid speramus, veneranda cru  
cis est fructus. Per crucem Christi ad se traxit omnia. Regnum Pa  
Matt. 24. trius: sceptrum filij: sigillum spiritus sancti: totius est testimonium  
trinitatis, Salve ergo, salve iterum sancta crux, signum filij hominis,  
Apoc. 277 lignum secundum paradisi. Fac illud quamprimum in cœlo.  
apparere, de hoc vero da nobis edere, ô IESV

pro nobis Crucifice. A-

MEN.




Jg 3350



TA → OL  
nur an 4 u. 11  
Vorlesung

VDT



# Farbkarte #13

B.I.G.

